



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011860X**

§. 6. Legati a Papa literis objurgati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

## §. VI.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1562.*Legati a Papa literis objurgati.*

Cum ergo summus Pontifex suum animi  
 propositum a sex illis Cardinalibus,  
 quos in consilium adhibebat, ratum  
 haberi cerneret, literis tam a se, quam  
 a Cardinale Borromæo ipsius jussu scri-  
 ptis suos Legatos Tridenti acrius ad-  
 monebat, & quidem in epistola proprio  
 chirographo signata hæc exponebat:  
 „offensionem, magnoque detrimento fue-  
 „runt discordiæ inter vos suscitatae, & ob  
 „novam illius negotii discussionem ve-  
 „stro muneri defuistis, cum vobis per-  
 „mittentibus importuna quæstio illa  
 „innovaretur, quæ a Pauli III. tem-  
 „pore evitata fuerat, ac prætermissa;  
 „porro id ipsum præsertim fieri potuisset,  
 „cum prius nec inter vos, neque inter  
 „reliquos desuper concors fuisset sen-  
 „tentia: hinc licuisset vobis in eo ne-  
 „gotio silentium imponere Cæsareis,  
 „exponentes illis, quod Imperator eo-  
 „rum Princeps iterato postularit, ut dog-  
 „matum definitio retardaretur, cum  
 „ergo quæstio de residentia ad dogma  
 „spectet, perperam illius decisionem  
 „peterent: insuper nova dein culpa  
 „non vacastis, quod tunc, cum major  
 „sententiarum numerus hujusmodi de-  
 „finitioni repugnaret, Decretum con-  
 ficere,

Pallav. c. 8.  
n. 14. & 16.



Sæcul XVI.  
A. C. 1562.  
 „ficere neglexeritis, totumque nego-  
 „tium non sine gravi molestia in me  
 „rejicere volueritis.

Ceterum cunctæ hæc objurgationes præcipue Mantuanum, ac Seripandum Cardinales petiisse, fat aperte cognoscitur: equidem Pontifex verborum asperitatem nonnihil temperare satagebat, cum illis hæc significaret: „quoniam semper grata mihi fuere monita, „quæ ab initio Synodi mihi suggerere „voluistis, hinc spe fretus vivo, quod „vicissim paterna mea monita æquo „animo accipere velitis: „ tandem in fine suæ epistolæ hæc addebat: „Perbene cognosco, Synodo opus esse eximii Pontificii juris Consultis; cum „autem satisfacere haud valeam primi „Legati postulatis, petentis, ut Puteus „Cardinalis Tridentum mittatur, prout „prius destinatum fuerat, eoquod ipse „morbo decumberet, hinc ejus loco „Cicalam Cardinalem ablegare, ac „me illius præsentia, quæ Romæ non „mediocris mihi erat emolumenti, private constitui: volebam pariter huic „addere Collegam Burdasarium Burdegalsensem, juris apprime peritum, & „Navagerum Cardinalem, cujus in „comperto est præstantia, qua poterit „in officio continere omnis nationis „Præfules, & ad alia commoda consequenda



„quenda operam suam utiliter im- Sæcul. XVI.  
„pendere. A. C. 1562.

§. VII.

*Borromæi Cardinalis epistola ad pri-  
mum Papæ Legatum.*

Præter Papæ literas Borromæus quo- *Pallav. v. 8.*  
que Cardinalis epistolam scripserat, *num. 15.*  
in qua præcipue Mantuano Cardinali *Act. Palæsti*  
hæc significabat. „Ingenti observantia, *Et lit. Stro-*  
„ac benevolentia, qua tuas virtutes *xii ad Cosm.*  
„admiror, ad te monendum adigor: *Et Arch.*  
„forsitan enim impulsus fuisti obtentu *In dr 18. Et*  
„specioso conscientiae, ac Religionis a *21. Maij*  
„quibusdam, qui tuæ amplitudini, *1562. apud*  
„gloriæque invidentes, si gradum tuum *Pallav.*  
„obtinuissent, eandem in agendo ratio-  
„nem haud imitati fuissent, potius æmu-  
„latione, quam vero Religionis studio  
„ad te opprimendum adducti. Enim-  
„vero non sine animi dolore consilium  
„a Papa susceptum intellexi: equidem  
„ego, & Gonzaga Cardinalis extrema  
„quæque tentavimus, ut ab illo con-  
„silio Pontificem dimoveremus, sed in-  
„cassum; quamquam enim Pius IV. *308. v. 1123*  
„singulari te benevolentia prosequatur,  
„majori tamen inflammatur Sedis Apo-  
„stolicæ studio, ac tam firmiter sibi per-  
„suadet, quod ad illius indemnitate  
„opus nunc sit huiusmodi consilium  
„suscipi, ut ea ratio cuicumque alteri  
in